

VALETVDINE
DE PISCIBVS. CAP. XXX.



Si pisces molles sunt magno corpore,
tolles,
Si pisces duri, parui sunt plus ualituri.

Hic ponuntur duo accidentia, unde habetur electio piscium. Pisces enim aut duri erunt, aut molles: si molles, uetuli nouellis erunt meliores: quia molliti es prouëit ex humiditate, quæ in nouello pifice indigesta est, in uetulo uerò digestibilior. Quare nouelli pisces magis phlegmata generant, quàm uetuli. Et sic patet anguillam uetulam saniozem esse nouella, ut quibusdam placet. Si uerò dura carne conditi fuerint, iuuenes erunt saniores, id est, digestibiliores, cuiusmodi sunt Lucij & Perca, durities enim resistit digestioni. Auic. est hæc sententia. 2. Canon. cap. 555. Eligatur quidem, inquit, ex piscibus duram carnem habentibus ille, qui est minor. Et ex habentibus mollem carnem, ille, qui est maior ad terminum aliquem. Lu